



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 13. Multò magis ob grauiora peccata alij puniti recensentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

§. XIII.

*Multò magis, ob grauiora peccata, alij puni-
recensentur.*

Lisard.
Episcop.
Suession.
in vita S.
Arnolph.

Quid alij merebuntur, qui se se in illi-
citas voluptates totos immergunt? qui vi-
no & ingluuie ventris non rationis tan-
tùm, verùm etiam sanitatis vigorem op-
primunt? qui in peccata conantur etiam
esse ingeniosi? Sueffionensis Ecclesiæ Epi-
scopus Arnolphus postquam ab adolescen-
te totam dæmonum legionem exturbauit,
quæ fuit ex eo pristinæ sanitati restituto,
quanam de causa tam atroci malorum spi-
rituû tyrannidi traditus fuerit? Cui ado-
lescens: *vindicta*, inquit, *quam in alio pro-
bavi, præcipua mali, quod passus sum, causa
fuit. Porro fugientem me demones primùm
insecuti: post affecuti circumsteterunt; & ubi
vehementer terruissent, ingressi fuerunt infe-
licem.* Itaque cur non vindictæ appetentes
talem vindicem mereantur, si merentur,
vindictæ approbatores? Cur superbos nõ

Iob. 41.

Everhel-
mus Abb.
Altimõ-
tensis in

hoc pacto humiliaret, qui est *rex super om-
nes filios superbie?* Sic ingressus est mox il-
lum religiosum, vbi Popponis Stabulensis
Abbatis sui mandatum implere neglexit,
& non sine contemptu præteriuit. Super-
bos

hos pariter, & inobedientes, ac suis paren-
tibus impiè ingratos eandem poenam sæ-
pe sæpius irrogatã legimus, vt quod pec-
catum est frequentissimum, etiam frequen-
ti exemplo puniretur. Venerunt aliquan-
do ad S. Parthenium parentes duo, cum
adducto filio, qui grauibus tormentis à
dæmone quatiebatur. Eum Sanctum eni-
xè rogauerunt, vti filium suum pristinæ re-
stitueret sanitati. His S. Parthenius ita re-
spondit: *Sinite, torqueatur. parricida est:
parentibus vobis sæpe molestus fuit: & quam
eidem optastis, iustam sustinet castigationem.*
Quo exemplo non filij tantùm discunt
esse morigeri erga parentes, sed etiam pa-
rentes monentur, ne filijs irati diabolum
imprecantur. Audit enim Deus, & vtram-
que partem subinde vno plectit ictu, pec-
cantes, & imprecantes. Habent ergo po-
stea, & quod meruerunt illi, & quod pe-
tierunt isti, nec possunt iure conqueri con-
tra Deum, à quo impetrauerunt, quod op-
tauerunt. Sic ille pater filiaë quinquenni,
quam deprehenderat lac comedentem, ira
effervesceus imprecatus est, *vt vna cum
lacte diabolum voraret.* Vix verbum hoc illi
ex ore euolauit, cum diabolus inuolauit

vita Pop-
ponis
cap. 18.

Metaphr.
7. Febr.

Cæsarius
l. 5. c. 26.

Idem lib,
eod. c. 11,
& 12,

in puellam; quam vsque ad maturam aetatem miserè cruciauit. Alia duo recenset idem author, vnum de vxore, alterum de filio, quibus maritus & pater diabolum imprecatus est cum effectu. Nihil habent ergo isti, quod accusent Mundi gubernatorem. Digni sunt hac pœna, in qua Deum ludunt. Ludunt autem, si petunt, quod nolunt impetrare.

§. XIV.

Sancti demonem in alios fauientem impetrantes.

Andoen.
Rhotomagen-
sis præsul in
vita S. Eli-
gij lib. 2.
c. 20.

Quamquam etiam bono zelo Sancti leguntur hunc Spiritum præuaricantibus imprecati, vel pro potestate sua etiam immississe, in iustam peccati pœnam, ac emendationem. S. Eligius Nouiomenfis Episcopus, viderat à suis subditis, in natali die S. Petri, impios quosdam ac superstitiosos chorearum ritus celebrari. Eos, pro officio suo, volebat esse abrogatos. Vfus argumentis; surdi fuerunt. Vfus est imperijs; quasi saxum fuere immobiles. Vtq; plerumq; est inemendabilis pertinax consuetudo, cum corrigi deberent, facti sunt longè insolentiores. Vltimum remedium petijt à Deo Eligius, vt in eos animaduertere-
ret.